~~1516º~~ 1517.

Sigismundus Primus Rex Poloniæ Raphaeli de Leszno Oratori ad Cæsarem Maximilianum misso —

234

Generose — etc —

Reddidit nos certiores, Magnus Palatinus Cracovien., et Joannes Boner, te in itinere morbô correptum decumbere, Quod est Nobis valdè molestum. Scis enim, in quam arduis negotiis te misimus, quamque illa celerius exequi velimus, quandoquidem multa evenirent ex mora nocumenta. Quare, si relevatus es hactenus, ut munus tuû obire possis, volumus ut iterum sine mora prosequaris. Sin verò adeo langueus, ut id nunc commodè peragere non possis, Mandamus tibi, ut per hunc Cubicularium Instructiones omnes mittas Cracoviam, in manus dicti Magnifici Palatini Cracovien. Opus enim erit, ut alius, loco tui, quam celerius expediatur. — Aliter non facturus pro gratia nostra — Datum Anno Dñi Millesimo Quingentesimo Decimo Sexto —